

H. 1856

10.

PORTVM REGIVM
IANSENISMI QVONDAM PATMVM
POSTREMO TVMVLVM
EX HISTORIAE MONVMNTIS EFFINGIT,

SIMVLQVE

NATALEM GYMNASII HALLENSIS
C C V I.

CIVIVM QVORVNDAM EXERCITIO ORATORIO

DIE AVGVSTI 28

ANNI P. C. N. MDCCCLXXI.

IN AUDITORIO MAIORE

HOSES & AMERIBLE

CELESTE AND VIM

AMPLISSIMIS GYMNASII PATRONIS
E P H O R I S Q V E

AC MANSVETIORVM MVSARVM GENEROSIS FAVTORIBVS
OFFICIOSAE MENTIS INTERPRETE CALAMO

OFFICIOSAE MENTIS INTERPRETE CALAMO

PENNTIAT

JOHANNES GOTTOFREDVS TAVST

GYMNASII RECTOR

HALLAE AD SALAM

EX OFFICINA FRIDERICI AVGVSTI GRVNERTI.





Sancita per Passauensem Augustanamque religiosam pacem
sacrorum Augustanae confessionis publica potestate, aduersarii omnes intendebant ingenii neroos, vt *Protestantes* coar-
guerent, ipsos nouis fidei dogmatibus ab Augustana confes-
sione prorsus alienis pacis religiosae priuilegio semet ipsos exclusisse. Eam
in bello tricennali tubam prae reliquis inflavit aduersarius dicacissimus, **L A V-**
R E N T I V S F O R E R V S , S O C I E T A T I S I E S V S O D A L I S Dillingensis Acad-
emiae Cancellarius, in **B E L L O** suo, quod vocat, **V B I Q V I T I S T I C V M**. Sed
geminò illo publica auctoritate exarato scripto apologetico pro **P V P I L L A**
F V A N G E L I C A criminaciones illae satis fuere repressae. Neque tamen, post
redintegratam **p a c e m**, quam vocant, religiosam *Westphalicam* Romanae au-
læ affæclæ eandem repeterè cantilenam destitere. Bini inter hos eminue-



re, qui vtrique euangelicorum coetui sacro varietatem et inconstantiam in Sym-
 bolis suis publicis exprobrarunt. His, qui a LVTHERO nomen habent,
 vir gente muneribusque clarissimus LEOFOLDV COMES COLLOONITIVS,
 ex Lutheranorum ad pontifica castra transfuga, quondam EQVES MELITEN-
 SIS strenuus, deinde sacrorum PRAESVL, et tandem PATER PVRPV-
 RATUS, anno 1681. AVGUSTANA sua et ANTIAVGVSTANA CONFSSIONE; Theo-
 logorum, qui formulae concordiac subscrispsero, testimonii se demonstrasse
 gloriatur, nostrates tam ante, quam post Lutheri Melanchthonisque obitum a
 genuino Augustanae confessionis textu sensuque defecisse. Quod scriptum
 vero iussu et auctoritate serenissimi Electoris Saxoniae a D. VAL. ALBERTI
 P. P. Lipsi. solida refutatione egregie fuit profligatum. Alter, qui reforma-
 tis potissimum in Gallia Theologis in doctrina fidei inconstantiam et a majo-
 rum placitis defectionem exprobavit, vir fuit non minore celebritate insignis
 IACOBVS BENIGNVS BOSSVETVS, primum Condomensis deinde Meldensis
 praeful ac Seren. Delphini informator, qui a 1688 librum edidit gallice inscri-
 ptum: *Histoire des variations des eglises protestantes*, quo euincere laborauit,
 protestantes in fidei dogmatibus admodum inter se dissidere, et quae quondam
 dogmata defenderint, eadem alio tempore impugnasse. Sed masculine Besueto
 se opposuere ex reformatis Theologis PETRVS IVRIVS in litteris pastorali-
 bus: nec non IACOBVS BASNAGIVS a 1690. in *Histoire de la religion des*
eglises reformées. Nec profecto est, quod repurgatae coelestis doctrinæ ad-
 versarii singulorum quorundam ex protestantium Theologis particularem dis-
 sensionem in quibusdam fidei dogmatibus non fundamentalibus tantopere exagi-
 tent, totique hinc protestantium coetui defectionem ab Augustana confessione
 Symbolicisque majorum scriptis exprôbrent, quippe qui ex mortalibus nemini
 controvrsiarum fidei iudicem nulli obnoxium errori agnoscant, sed so-
 lius Spiritus Sancti in sacra scriptura dictamen; in cuius genuino sensu quot-
 quot vñanimi conspirant fide, eam communi profitentur symbolo, vitaque
 sanctimonia vestigia Christi premunt, illi genuina purioris ecclesiae sunt mem-
 bra, quorum fides a nullius *humani judicis* arbitrio, sed a solius Spiritus San-
 ctii in facri codicis canone pender decretis. Singulorum ex hac puriore Christi
 ecclesia membrorum particularis in dogmatibus quibusdam secundariis dis-
 sensus toti repungatae ecclesiae nullum contrahere potest defectionis praejudi-
 cium, ejusque in fundamento fidei vnitatis, quae consensu in articulis funda-
 menta-

◆ ◆ ◆

5

mentalibus interno, ad normam sacri canonis a Spiritu Sancto accenso absol-
vitur, citra ullius humani judicis dictamen decretorum potest consistere, ve-
reque consistit. Neque omnino est, quod Romanenses suum in fide catholica
consensum vnanimitatemque tantopere extollant, quam a Romani praefulis
tanquam supremi controversiarum fidei judicis decretis pendere contendunt,
quippe qui in decidendis ex Petri cathedra fidei controversiis numquam falli pos-
sit aut errare. Grauissimo e contrario is ipse premitur praecordio, quod in
rebus fidei errare fallique possit, et re ipsa magnopere errauerit.

Primum enim in toto sacro codice Romanis praefulibus, ne unico
quidem verbo, immunitatis ab erroribus fidei spondetur priuilegium. Dein-
de praefulum romanorum nonnulli ipsi sunt fassii, se errare posse. Sic e. g.
PAVLVS QVARTVS ipse professus est: *Non dubito, quin ego et antecessores
mei errare aliquando potuerimus.* Sie **GREGORIVS NONVS**, teste **LAV-
NOLO** in Epistolar. part. III. morti proximus ad circumstantes patres purpura-
tos dixit: *Sincere profiteor, quod, si quid in consistorio, aut concilio, aut pu-
blico priuatoque conuentu erroneum fideique catholicae dixerim contrarium, id
omne reuocatum, et quasi non dictum existimari velim.* Sic **HADRIANVS
SEXTVS** Lib. de sacram. confirm. ipse scripsit: *Si per ecclesiam Romanam in-
telligatur caput ejus, puta pontifex, certum est, quod possit errare in his,
quaes tangunt fidem.* Quam sententiam ne in papali quidem dignitate reuoca-
vit. Porro Pontificum nonnulli grauissimos fidei souerunt errores: e. g.
COELESTINVS et **ANASTASIVS II.** errorem **NESTORII**: **VIGILIVS
EVTYCHIS**: **LIBERIVS** et **FELIX ARIL**. Non minus dogmata ab aliis
Pontificum probata, ab aliis damnata, ostendunt, alterutrum necessario erras-
se. Sie Gregorius II. efficaciam baptismi ab homine nondum baptizato collati
negavit, quam **NICOLAVS I.** affirmauit. Idem Nicolaus I. neminem in
solo Christi nomine sacro fonte tinctum de novo tingendum esse decreuit: **PE-
LAGIVS** contrarium edixit. Denique, quod omnium euidentissimum est,
Pontifices re ipsa declarauere, se controversiis fidei sententia judiciali diri-
mendis non esse pares. Hanc judicandi impotentiam satis prodiderunt in
controversiis ex causa **MOLINAE** et **IANSENII** enatis: has enim non ar-
gumentorum ponderibus diremerunt, sed Iansenii sectatores ac defensores
adhibita vi ad silentium adegerunt, ac tandem penitus oppresserunt, Alexan-
dri M. in eo secuti exemplum, qui nodum Gordium, quem manibus iner-
mibus



mibus soluere non poterat, stricto ense secabat. Tribuerant jam Augustini temporibus SEMIPELAGIANI naturalibus liberi arbitrii ante sui conuersiōnem viribus aliquem credulitatis affectum atque adeo quoddam fidei initium et conuersiōnis suae inchoationem, cui tanquam merito deus gratiae suae auxilium tanquam praeium tribuat. AVGSTINVS vero, duce sacra scriptura, summam liberi arbitrii in sui conuersione cōdūvapicav omniumque vi-
rūm spiritualium defectum propugnauerat. Cui THOMAS AQVINAS medio aevo assentiebatur. LVDOVICVS VERO MOLINA, e societate Iesu Theologiae doctor Eborae in Lusitania, a. 1588 edito libro de concordia gratiae et liberi arbitrii semipelagiana illa sparserat semina, plures naētus suffragatores. S. Dominici vero sodales, Aquinati Augustinoque suffragantes, semipelagianismi Molinam cum sodalibus arguebant. Lis illa ad CLEMENTEM VIII. decidenda deferebatur. Solenne ejus examen a duobus fidei judicib⁹ CLEMENTE VIII. et PAVLO V. per integrum quadriennium ab a. 1602 ad 1605. instituebatur decantatissimis illis de auxiliis gratiae congregationibus. Demum sententia judiciali neutri partium victoria adjudicabatur, sed utrique parti suam defendere sententiam permittebatur. Verebatur nimurum PAVLVS V. si Dominicanorum probaret sententiam, ne Galliarum regem, a Iesuitarumstantem partibus offenderet: si vero Iesuitarum causam tueretur, ne Hispaniarum regi, acerrimo Iesuitarum patrōno, bilem moueret. Manifesto sane documento, supremi illius in fidei controversiis judicis decreta neutiquam a spiritus sancti inspiratione, sed potius ab imperantium nutu ac fauore promanantia controversiis fidei legitimate finiendis minime omnium esse accommodata. Eadem enim controversia de hoc maximi momenti dogmate, velut incendium male extinctum et sub cincere gliscens, nouas flamas fundebat, ac renouato agitabatur animorum feruore, cum a. 1640 CORNELII IANSENII AVGSTINVS post auctoris obitum in lucem prodiret publicam. quo hominis arbitrio omnes ad prauitatem suam emendandam ab iudicantur vires, atque salutaris vitae emendatio soli gratiae diuinae, Augustini pene verbis, adseritur. Lojalae contra sodales, vires spirituales liberi arbitrii propugnantes, non scriptis tantum Iansenii Augustinum impugnarunt, sed VRBANVM VIII. P. R. quoque 1641. clamoribus suis permouerunt, vt lectionem hujus libri prohiberet, immo 1642 decreto hunc librum erroribus ab ecclesia dudum damnatis infectum pronunciaret.

7

ciaret. Scindebatur hoc decreto Gallicana ecclesia in partes. Plurimi enim Romanensium theologorum a partibus Iesuitarum stabant: permulti tamen in Gallia Belgioque, duce et suafore Iansenii amico, IOH. DV VERGER DE M A V R A N N E , A B B A T E . S . C Y R A N I Augustini Iansenianam de gratia tuebantur sententiam. Inter hos eminebant ANTONIUS ARNALDVS, BLA-
SIVS PASCALIVS, PETRVS NICOLIVS et in primis PASCHASIVS
QVESNELLVS, qui communis nomine SOCIETATIS PORTVS REGLI
(gall. MESSIEVRIS DE PORT ROYAL) claruerunt. Vtriusque partis ut acer-
rimus conflictus eo melius intelligatur, vtriusque peculiaria fidei dogmata, ac
moralis disciplinae capite breui quasi compendio erunt exponenda. Iesuitarum
fodalitium cum assedlis cardinem pietatis religionisque versari in caerimonia-
rum sacrarum pompa, in exacta legum ecclesiasticarum traditionumque huma-
narum obseruatione, in exercitorum pietatis externorum efficacia ac virtute
meritoria, qua numen offendum expiari, crimina aboliri, cupiditatum aestus
restingui ipsamque vitam aeternam acquiri posse statuebant. Congruerant
haec eorum placita cum dogmate ipsorum Semipelagiano, de viribus liberi
arbitrii cum gratia in conuersione hominis cooperantibus. Pestifera vero
eorum dogmata moralia de attritione, peccato philosophico, methodo dirigendae
intentionis, resurrectionibus mentalibus PASCALIVS et NICOLIVS, ex portus
regii societate scriptis in lucem protrahebant. Iansenii contra affectae profite-
bantur: sanum nihil et incorruptum in moribus et institutis ecclesiae Romanae
superesse: monachos plane esse prolapsos et ad pristinam ordinum sanctitatem es-
se revocandos: populum accurata sanctitatis et religionis Christianae cognitione
imbuendum: sacrum codicem, librosque de cultu publico vernaculo gentis cu-
juslibet sermone populo exhibendos, et ab omnibus studiose esse legendos:
omnes denique sedulo esse edocendos, veram aduersus deum pietatem non in ex-
ternis actionibus et ritibus, sed in castitate mentis, amoreque diuino esse pos-
sum. Vid. MOSHEMI Hift. Eccl. p. 796. Quacum a sacris litteris non
penitus abhorreant: in praxi tamen ad fanaticas opiniones et intolerandam
declinabant superstitionem, judice eodem MOSHEMIO l. c. Potissimum poeni-
tentiam in poenis ponebant voluntariis, quas ipse sibi peccator pro modo deli-
ctorum infligere debeat. Hominem nimirum a natura corruptissimum a turba
et negotiorum remotum infirmam labem perpetuis corporis molestiis et cruciatibus,
esuritionibus, difficillimis laboribus, precibus, contemplationibus expiare velu-

88



ti debere. His imbuti principiis, auctore s. CYRANO, priscos illos patres
 in desertis Aegypti, Syriae et Lybiae locis tristi et obscuro vitae genere, a ci-
 vili vita cultuque segregati imitabantur, RIGORISTARVMQUE notabantur
 nomine; adeoque modum omnem excedebant, ut sodales suos, qui semet
 ipsi vario miseriaram et aerumnarum genere paullatim enecabant et confece-
 rant, *sacras poenitentiae victimas igne amoris diuini absuntas* appellarent.
 Immo hoc SVICIDARVM genus malis et supplicis suis ecclesiae etiam et ami-
 cis suis apud Deum mereri plurima et iram numinis mitigare posse tradebant.
 Ab ira que igitur harum partium saeculo XVII. non solum infestis calamis
 scriptisque acerrime concurrebat, sed etiam Iesuitarum factio omnia versa-
 tilis ingenii stratagemata, omnes machinas, in aula pariter Romana atque Gal-
 lica, ad opprimendam aduersariorum Iansenianam partem admouebat, quibus
 INNOCENTIVM X. a. 1653 permouebant, ut quinque propositiones ex Iansenii
 Augustino publico edito damnaret, et ejus successorem ALEXANDRVM
 VII. inducebant, ut a. 1665 juris jurandi formulam, ad Gallos mitteret,
 omnium subscriptione firmandam, qui munere quodam ecclesiae frui vel-
 lant, quae damnatas illas quinque propositiones, sensu ab ecclesia damnato, in
 Iansenii Augustino legi adseuerabat. Eam subscriptionem quoquod detrecta-
 bant, illi Iesuitarum instinctu ab aula Gallica carcere, exiliis aliquis injuriis
 vexabantur. Erat ea tempestate multorum ex Iansenii disciplina celebre per-
 fugium et altera quasi *Patmos* decantatissimum illud monasterium PORTVS
 REGI gallice PORT ROYAL sacrarum virginum ex familia Cistertiensium,
 sex fere milliaribus Gallicis a Lutetia distans, in valle angusta et profunda
 situm. Hoc rex Henricus IV. vni virginum sacrarum, nomine IAQVEL-
 NAE, filiae ANTONII ARNALDI regendum dederat. Ante hoc munus
 ea vitae dissolutae indulserat. Sed amicitia cum FRANCISCO de SALES
 et a. 1623 cum Abbe s. CYRANO contrafacta, emendatam auspiciabantur
 vitae rationem, Cyranique sua seuerae poenitentiae Iansenianae legibus se
 suasque adstringebat virgines, mutatoque nomine MARIA ANGELICA DE
 SANC TA MAGDALENA appellabatur. Sanxerat enim sibi sacrisque Po-
 rtus regii virginibus exactam monasterii conclusionem, abstinentiam perpetuam,
 officium precum, quod vocant, nocturnum, jejunia, labores, silentium,
 immo plus oneris molestiaeque, quam ordinis sui regulae flagitabant. Hinc
 tanta sanctimoniae ejus fama erat, ut non modo foeminae confluenter ad
 ejus



9

ejus in portu regio disciplinam; sed magna etiam ceterua poenitentium Iansenistarum omnis sexus atque ordinis, extra monasterii septum, in casis extrahitis, vita seuera et aerumnosa, disciplinam ejus imitarentur. Hos inter celeberrimus fama erat **ISAACVS le MAITRE** facundissimus causarum patronus, quem plures summo loco nati suminisque functi honoribus sequebantur. Quorum alii in libris doctissimis exaraadis tempus suum collocabant, alii erudienda juventute erant occupati. Plerique durissimis manuum laboribus corporis viribus fractis, lenta semet ipsis morte consumebant, exemplo Isaaci le Maitre, qui falso cum ruricolis frumenta secabat. Accidisse vero MARIAE ILLI ANGELICAE, multisque astieclis videtur, quod mentibus male sibi consciis euenire solet, quae terrore legis diuinæ percussæ seruilique meru correptæ, neque tamen salutari meriti Christi fiducia animatae, arbitrario quodam numinis cultu, ac rigidis quibusdam poenitentiae exercitiis diuinæ iustitiae satisfacere, ac numinis promereri gratiam enituntur, in primis vbi in superstitiones morum inciderint magistros.

Excellebat inter causæ Iansenianæ defensores **ANTONIVS ARNALDVVS**, theologiae doctor in Sorbonensi collegio, qui edito a. 1643 libro *de frequenti communione* fratres societatis Iesu irritauerat, quare scriptis polemicas criminationibusque rem eo perducebant, a. 1656, vt ex Sorbonensium excluderetur numero, Romamque citarus, per viginti quinque annos occulte, diuersis in locis, et aliquamdiu in portu regio, inter eremitas hospitaretur. Is scriptis eruditissimus causam Iansenianam propugnabat, e. g. de Iesuitarum peccato philosophico, corruptissimaque morum disciplina. Quibus horum fratrum odium Vatinianum tantasque sibi contrahebat insectationes, vt exsul ex patria in tractu Leodiensi diem obiret supremum, ejusque ibi sepulti cor in Portum regium deportatum in loco ejus conderetur honorificentissimo, addita hac inscriptione:

Ad sanctas rediit sedes ejectus et exsul;
Hoste triumphato, tot tempestibus actus
Hoc portu in placido, hac sacra tellure quietescit
ARNALDVVS, veri defensor, et arbiter aequi.
Illius offa memor sibi vindicat extera tellus;
Huc coelestis amor rapidis cor transtulit alis,
Cor nunquam auulsum, nec amaris sedibus absens.

B

Cum





Cum vero sacrae portus regii virgines juris jurandi formulae a pontifice 1665 in Galliam missae subscribere constanter abnuerent, perpetuis eae aduerſiorum infectionibus, cum reliquis fodalibus vexabantur. Quorum insti-
tū denique Clemens XI. consentiente Galliarum rege, totius Iansenianae fa-
miliae dogmata constitutione illa damnabat, cuius prima verba sunt: **VI-
NEAM DOMINI SABAOTH** etc. efficiebatque, vt rex hoc Iansenismi pro-
pugnaculum 1709 funditus euerteret. Rudera illa portus regii fatis suis
iniquis meruere, vt hoc inscribantur epitaphio:

Hic tumulara jacet Ianseni arx inclita quondam,
Quae Patmusque suis perfugiumque fuit.
Quam pia fraus tandem Vaticano fulmine stravit,
Regibus et sociis infidiata suis.
Discite crabrones non irritare cucullo
Vestitos, quorum visque dolusque necat.

Comprobant haec acta recentiora illud axioma, quod omnium saeculorum ex-
perientia, quoad Romana stetit hierarchia, comprobauit: nullam fidei fun-
damentalem controversiam a supremis illis judicibus gladio spiritus, i. e. ver-
bo dei, sed vnic gladio ferreo vique armata fuisse decisam. Gratulatur sibi
merito protestantium sacra ciuitas, quod ab his controversiarum judicibus
sit vindicata, nullisque nisi seruatoris nostri decretis in sacro canone pareat.
Habet juuentus nostra, quod sibi de scholis nostris gratuletur, in quibus in
oraculis instruitur diuinis, quae ipsam eruditam reddere possunt ad salutem
aeternam. Id coeleste beneficium crastino die natali Gymnasi ducentesimo
sarto **quinto** grato celebrabit pectore ac declamationibus quibusdam ornabit publi-
cis. Quam ut **AMPLISSIMI PATRONI EPHORIQUE, AC FAVTORES**
Gymnasi paterna audiant indulgentia, solitoque fauore, etiam atque
etiam obsecramus.

P. P. in Gymnasio die 27 Augusti 1771.



Augus

◆ ◆ ◆

August Gottfried Litzmann, aus Halle, unterhält die Versammlung mit einer deutschen Erzählung von der Freundschaft Bräts und Valers.

Christian Gottlob Meier, aus Posen in Pohlen, beschreibt die göttlichen Kennzeichen der Mosaischen Religion, lateinisch.

Johann Friedrich Eisfeld, aus dem Magdeburgischen, schildert eine nächtliche Feuersbrunst, deutsch.

Gabriel Wilhelm Gottlieb Kesterstein, aus dem Magdeburgischen, beschlägt den Tod Heinrichs des Großen, in einer deutschen Rede.

August Friedrich Alexander Eversmann, aus dem Magdeburgischen, (v. Güldenkron),

Johann August Schäfer, aus Halle, (Christoph)

Johann Heinrich Hartung, aus Thüringen, (Trolle)

Johann Christian Jungken, aus der Altmark, (Bliton)

Albert Ludewig Rudolph Eversmann, aus dem Magdeburgischen, (Leander) und

Friedrich Daniel Franke, aus Halle, (Robert), suchen, in einem deutschen Gespräch, die Gefahr, der sich ein Lügner aussetzt, vorzustellen.

Johann Heinrich le Petit, aus dem Mansfeldischen, liefert Betrachtungen bey einem Flusse, deutsch.


Karl Heinrich von Thümen, aus Sachsen, stellt den Weisen auf dem Lande vor, in einer deutschen Ode.



Johann Friedrich Lange, aus Halle, (Dorant)
 Franz Alexander Pein, aus Halle, (Odgyn)
 Johann Wilhelm Daniel, aus Halle, (Krispin)
 Johann Philipp Eberhard Wohlfahrt, aus Halle, (Süßmann)
 Christian Heinrich Ludewig Herrmann, aus Halle, (Eduard)
 Johann Anton Lewisson, aus London, (Richard), und
 Michael Friedrich Linße, aus Halle, (Valer), stellen in einer deut-
 schen Unterredung, die Thorheit derer vor Augen, die ihren
 Hauptzweck Nebendingen und Kleinigkeiten aufopfern.
 Johann Christian Gerhardi, aus Pommern, stellt Betrachtungen über
 den Nachruhm an, in deutschen Jamben.
 Christian Gottlieb Daniel Reichard, aus Berlin, beschreibt den Unter-
 gang der Rote Korah, in einer deutschen Ode, und stattet hier-
 auf der Versammlung, für geneigtes Gehör, den verbindlichsten
 Dank ab.



WD 18



PORTVM REGI
IANSENISMI QVONDAM
POSTREMO TVMVLV
EX HISTORIAE MONVMNTIS EI

SIMVLQVE
NATALEM GYMNASII H.
CCVJ.

CIVIVM QVORVNDAM EXERCITIO
DIE AVGVSTI 28
ANNI P. C. N. MDCCCLXX
IN AUDITORIO MA
HORA 2 A MERIDIE
CELEBRANDVM

AMPLISSIMIS GYMNASII PATRONIS
EPHORISQVE
AC MANSVETIORVM MVSARVM GENEROSIS FAVTORIBVS
OFFICIOSAE MENTIS INTERPRETE CALAMO

IOHANNES GOTTOFREDVS TAVST
GYMNASII RECTOR

HALLAE AD SALAM

EX OFFICINA FRIDERICI AVGUSTI GRVNERTI.